

Zechendorf:
Alcoran: Sur. T. II.

Bd.
1745



إِلَى أَنْزَارِكُمْ وَفِي عَرَبٍ
مِنَ الْقُرْآنِ

يَا أَنتُمْ أَنْزَارِكُمْ وَبِأَعْرَابٍ
الَّذِي تَدْرُسُونَهُ الْكِتَابِ
إِنْ مِنْهُ تَفْذَعُونَ بَاطِلًا
إِنْ مِنْهُ تَقْرُدُونَ مَحَالًا
الَّذِي مَحَالٌ جَعَلْتُهُمْ
وَبِالرُّومِ مَبِيتٌ كَتَبْتُهُمْ
ثُمَّ تَوَّعَبْتَهُمْ بِمَسْتَقَامَةٍ
وَتَكُونُ مَعْنَاهُ أَمَانَةٌ

Johannes Zechendorff fecit. Jeremias Herremann sculpsit.



Bd 1745

Suratæ

Unius, atq; alterius

TEXTUM, ejusq; EXPLICATIONEM

ex

Commentario quodam Arabe

DOGMA TA

ALCORANI,

Et verba maxima, minimaq; explicante

LITERATÆ GENTI

ad

Feliciùs refutandum

atq;

Solidiùs dijudicandum

de

Versione tam ALCORANI,

quam COMMENTATORIS

Mubammedana Religionis;

Speciminis ergò
ponebat

1889/90
JOHANNES Zechendorff

Schola Cygnea Rector.



CYGNÆ,

Typis Melchioris Göpneri.

לְיָדָי רֶחֶם וְסוֹדָי:

Alis Proverb. ج

Multum est studium
pauperis.

جهد المقل كثير

و كى

كمال العلم في الحكمة

Perfectio scientiae in bonitate.





ANte aliquot annos *LINGVAM ARABICAM* primò à mutis Magistris aliquo modo edoctus; in manus meas *ALCORANI Systema* pervenit. Quale D. Lutherus sepius avidè exoptavit videre. Uti in Præfatione super Historiam Sarracenorum: Optavi, inquit, ut viderem integrum Alcorani Codicem. Nec dubito, quin cum alii pii, & docti legent, magis execraturi sint r, s, & id est errores, & Nomen Muhammedi. Ut enim Judæorum vanitas, vel amentia potius, magis depræhensa est |prolatis eorum arcanis; ita prolato Muhammedi libro, pii omnes collatis omnibus partibus magis depræhendent insaniam, & Diaboli virus, & faciliùs refutare poterunt. Hæc me causa movit ut extare librum optárim.

16 27.

Item sub finem Præfationis alius ad Libellum de Ritu, & Moribus Turcarum editum 1530. Plura fortè dicam, si quando mihi ipse Mahometus, Alcoranusq; suus in manus venerit. Spero enim Evangelion nostrum tanta luce fulgens, etiam impetum facturum esse ante judicii diem, in ipsum Mahometum abominabilem Prophetam, quod faciat Dominus noster Jesus Christus citò, &c.

Eo igitur libro tum magno à me pretio comparato, in id incubui, ut inde ex perfectissimo Grammatices libello pleniùs, ac planius Eam Linguam addiscerem; sciendi prætere a⁵⁹ Βεβολημένον πάση σπουδῇ ἡ μὴχανῇ istud Libelli in Latinam cepi statim trans-
ferre

Vide 367.
Epistol. &
alias Josephi Scaligeri: Qui sine Alcorano in Arabico proficere se sperat, laterem layat,

ferre pro ingenii mei modulo. Ausus insuper per
refutationem **FALSORUM** à Muhammede **DI-**
CTORUM, & VERORUM, scilicet cum nostra Re-
ligione concordantium assertionem margini cum du-
plici versione Arabica, & Latina attexere, uti plu-
rima sic Capita absoluta, super quæ Academia, &
aliorumque Doctorum Censuram, & instimulationem,
ut pergerem, adeptus: ut pote Clariss. & Doctiss.
Dn. D. Georgii König. M. Danielis Schwoventeri,
M. Christoph. Crinesii Theologorum & Professo-
rum in Altorphina, &c. & alibi aliorum. Mo-
vebant enim me verba D. Lutberi in dicta Prafa-
tione hæc. Ut gentium errores Apostoli damnarunt; ita nunc
Ecclesia DEI errores omnium hostium Evangelii confutare de-
bet, ut gloria DEI, & filii ejus J. C. celebretur adversus Diabo-
lum, & ejus Organa. *Vide ibi mox plura, de Læctionis*
hujus Alcorani usu. Et sub finem: Quid autem de re-
bus ignotis poterimus dicere? Quare doctis prodest legere scri-
pta hostium, ut acius refutare, concutere, & evertere, ut sanare
aliquos, aut certè nostros firmioribus argumentis communire
possent.

Verùm perlecto & translato pro virili libro
isthoc, animo semper adhuc dubio fui, an ubi vis lo-
corum, propter quarundam vocum ignorantiam,
aut læctionis hæsitantiam ubi aqua hæsit mihi, ge-
nuinum sensum & veram vocum interpretationem
sim assequutus. Ulti Specimen aliquot Surata-
rum,

rum ex multis, si DEUS annuerit, brevi in propatulum daturus sum. Proinde illa mea Notata, delituere haecenus neglectim: donec scitiorum in hac Lingua de illis Censorem offenderent.

Præterea cum legendo alicubi perceperam neminem dextrè Alcoranum intelligere posse, nisi COMMENTATORES super illum nactus adjungeret. Quorum partim sint Buharia, Buzamanim, Azamaxeri, Acabalibi, Mahumami qui item Sex libri Zuna, & Rezelem Bulagis. Halil Almazhodi, & sexcenti alii libri hac in secta; annotante Andrea Mauro, & aliis.

Horum autem nullus in hunc usque diem inter doctos comparere, & prodire voluit, quod Ego sciam, etiamsi lateant in quorundam Principum Bibliothecis inintellecti, uti licet suspicari. Quin & in Batavia, tales inventum iri sperabam. Sed fortè fortuna incidens in JOHANNIS BEVEROVICII Epistolice Quæstionem de Vita Termino, &c. animadverti, aliter rem se habere; ibi enim inter alios parte altera Gisbertus Voetius Theologus p. 294. fatetur se tales Theologos forte an in Europa editos, puta in Alcoranum scribentes, aut scriptos, quod sciat ipse, neminem haecenus vidisse.

A 2

Ani-

Animatus igitur Ego in tales inquirere. Nova enim cura, novam hanc molestiam dedit. Proinde ante sex-septem Hebdomadas, singulari DEI indultu ab longinquis oris, ex Amicorum optimorum favore, & promotione perlatus quidam

ترجمان (quilectionem Alcorani undi-

quaq, stabilit uti Masoretha apud Judeos Legem, velut legentes experientur) Commentator ad me, quemq, Ego inter supra dictos nondum offendo, nempe

تفسیر قاصی بیضاوی

Interpreta-
tio præfe-
ctorum, sive
censo-
rum ecclesiasticorum, s. li-
teratorum,
s. sacerdotum Pada-
vii.

Et mox in præfatione hujusdem libri vocatur (ni fallor) Albattabus pater Omar, de quo Historia Sarracenicæ c. 1.

Videtur & hic Commentator citari in Fortalicio, ubi ferè eadem interpretationes leguntur, lib. 4. consideratione 3. Passu tertio, de Fatuitatibus & fabulosis legis Machometi, in Capitulo Annemelon id est Formicæ p. CXC.

Hic primo ad spectu arduus, & in accessus mihi visus ob lectionis difficultatem, & punctorum tam vocalium, quàm diacreticorum ut plurimum de-
fe-

fectum: At qui tamen audaculus Ego paucis diebus
illum manibus volvens, atq; revolvens, oculisq; pe-
nitiùs inspectans, implorato Sp. S. auxilio in hoc ar-
gumento ut ingenii vires experirer, an moli suffice-
rent, Commentatorem intelligere utcunq; cepi, Surata una,
atq; altera in Latinum sermonem versa.

En Spiritus Sancti gratia dirigente Linguam,
& calamum: etiam has Suratas cum versione Lati-
na ex multis delibandam propinare volupe, & lu-
bentia fuit, ut in hac Lingua me doctiores, dispi-
ciant, an legitimè legendo verterim, & an verten-
do rectè legerim. (Norunt enim boni omnes quod o-
mne bonum difficile paratu sit, testantib. Hesiodo, &
Virgilio, Platone, Aristotele) Et ut cum Terentia-
no Mauro loquar:

FORSITAN NEC LECTA multis, è LATEBRIS scal-
psimus,

CORRIGENDA si qua sane VISA VOBIS hinc erunt
Non ero stultè repugnans, aut amans pravè mea,

Quin statim culpanda delens, præbeam rectis locam.

Non enim meam hanc versionem defendo ut illi
quos Aristoteles θεοφιλοῦντας vocat: sed qui ὅσιον
προτιμῶσι τὴν ἀλήθειαν: ἢ ἐπὶ σωτηρίᾳ γὰρ τῆς ἀληθείας ἢ τὰ ὀ-
κεία ἀναίρεσι, quibus nimirum antiquior est veritas,
quiq; pro conservatione veritatis etiam proprias e-
vertere sententias minimè erubescunt. Quia & in
qui-

quibusdam adhuc hæreo: de multis dubito: peritio-
rumq; expositionem avidè exspecto. Quod utrumq;
in primis ab THEOLOGIS pientissimis & PHI-
LOLOGIS acutissimis obnixè exoratum, ne au-
daciam meam sinistrè interpretentur, volo: Verùm
omnia ad exactissimi sui iudicii obrussam exigant,
quæ minùs placent obelo transfodiant, & pronun-
ciare τὸ ἀέθρον ne graventur, dum candidè judi-
cent an, & ubi errârim: aliis enim lampada trado,
ut ipsi studiosè, dextrè, acutè, prudenter alios tales
vertant libros. Sunt enim digni lectione: digniores
versione; dignissimi refutatione, quod experientur
qui legerint. Hic enim illud Tyranni locum habeat
apud nostrates.

ἐργων, ἀνέργων, κατέργων.

Et operæ-pretium esset tales libros magni etiam
emptos ex diversis orbis terrarum locis cogere, & ne
tineis, & blattis esca forent, iam situ squalidos in
apricum proferre, aut publicis benè constitutis Bi-
bliothecis indere, ne optimorum autorum talia scri-
pta exotica nobis Germanis, atq; posteritati dees-
sent. Ad exemplum eorum qui olim Bibliothecas
magnis expensis, magnificoq; apparatu construxêre,
quorum primus fuit Pisistratus Atheniensium Ty-
rannus, qui artium liberalium libros primùm pu-
blicè Athenis legendos exhibuit, quos Areopagite
majo-

Gellij lib.
6. c. ult.

majori postea studio auxerunt, & adornarunt: quorum immensam copiam Xerxes rex victoria potitus, ac urbe præter arcem incensa, in Persas asportavit. Quos postea universos Seleucus Rex, ob corporis molem & robur Nicanor dictus, referre Athenas curavit.

Ab hoc tempore reges, & magistratus præclara eruditorum, ad artium incrementum, inventa toti terrarum orbi profutura, rerumq; gestarum monumenta, ne in spongas (ut Casaris Ajax) caderent, Bibliothecas de ære publico ædificarunt: inter quos Ptolomæus Philadelphus Ægyptiorum rex, antesignanus fuit, hic studium Pisistrati emulatus, omnium artium ingenuarum, & totius Encyclopædiæ libros variis linguis conscriptos, ab Ægyptum præternavigantibus sibi adferri mandavit; quorum αὐτοῦ γράμματα magniempta, Alexandria in Bibliotheca deposuit, & transcriptos nautis redeuntibus reddidit. De quo memorabile liberalitatis regiae in cœmendis libris exemplum Galenus refert in tertium Epid. Hipp. lib. 1. de Natura hominis.

Sed hodierni & moderni seculi, atq; ætatis alia facies, & sordida parcitas omne æs etiam ad libros cœmendos, à majoribus piis legatum Bibliothecarum publicarum conservandarum causa, aut in alium usum & commodum proprium; aut peculatu, ne dicam,

B

sa-

sacrilego ausu sibi arrogans defraudat, ne teruncium ad libros propagandos, & conservandos exponit.

Ut ita liberalis educatio juventutis impediatur, & hominibus barbaries tandem, densaque ignorantia omnium rerum bonarum, planum aditum præbeat Principi tenebrarum, eiusque legatis artificio decipiendi egregiè instructis, omnia transigendi pro sua pessima libidine in populo infelici. Uti Bibliander auguratus. "Αλλὰ φειρετέον ἐστὶ τὸ ἀναγκάδιον κακόν."

At qui tamen, ex Singularibus, & privatim, doctis quibusdam, ac paucis etiamnum posteritati, ex divino indultu, uti certum, prospicitur: qui sibi omnigenorum scriptorum libros comparant.

Sed enim, uti dico, privatim, privati. His enim morte abreptis, heredes disturbant, divellunt, destrabunt. Ad quid demum talis librorum thesaurus? Cui bono collectio? sæpè impuras ita divenditi manus incurrunt, quæ disperdunt, & in nihilum redigunt. Quod non in publicis Biblio-thecis adeò faciliè futurum, si hæc & illi conservarentur.

Inde nulla ullibi veræ & solidæ scientiæ ac doctrinarum possessio, videtur, & apparet. Si unus & alter forte an inspexerit in talium librorum arcana, intellecto uno & altero vocabulo sese jactat quasi esset Salomon, Plato aut unus ex septem sapientibus, contemptis, & rejectis aliis melioris mœnetæ viris.

Pro-

Proinde ut alii etiam cognoscant quid CHRI-
STI doctrina hostes Muhammedani suis in Acade-
demiis agant, tractent, doceant, uti in suis regionibus
quàm splendidas, & frequentes, erectas & con-
structas habent. Orbis enim maxima pars regitur
Alcorano, & potentissima in mundo, quod nobis in-
credibile, juxta sententiam historicorum, Biblian-
dri, aliorum peregrinantium:

Siquidem ALCORANO docendo, magnifica
Gymnasia distincta sint, & opes ingentes, (quibus
nostrates Germani scitè admodum parcent) ut ingenia exci-
tètur, foveanturq; tam in eos qui docent, quàm qui
discunt per benignè impendantur. In quibus Muham-
medana Philosophia studiosi, statis horis quas Ca-
nonicas vocant, singulis Mensibus Alcoranum perle-
gant. Et Alcorano reguntur non tantùm Ceremonia
& Religionem spectantia; verùm etiam Politica
& in castris & domi.

Proinde, inquam, acquisito etiam non parvo, & vili; sed
magno pretio hoc M. S. libro: ex illo paucula subsequenter
transcripsi, ut MUHAMMEDANÆ sectionis
Affectuum studium in exponenda doctrina sua fal-
sa, & erronea perspiciatur. Et quidem hisce tem-
poribus quibus hæc Lingua non infeliciter enata, ne
hominum iniquitate exstinguatur, cum in hac &
Ego aliquid operæ laborisq; (ut dictum) posuerim, mei

B 2

esse

esse officii duxi huic succurrere, pro mea quidem virili,
Etsi autem est id exiguum, meam tamen tenuitatem
ad propagandam illam sedulo contuli neque multorum
iudicia mihi obstare passus sum, à quibus hanc pro-
vinciam administrare turpe, aut vile saltem puta-
tur. Nec & plura potui propter typorum defectum
atque horum ineptitudinem.

Ac monitus, & excitus Ego ab Romanorum
Pontificum & Conciliorum de hoc tali negotio decre-
tis, ut diligentior in hereticorum scripta inquisive-
rim. Sic enim in Concilio Carthaginensi, decre-
tum est, ut Episcopus gentilium Poetarum libros
non legat: Hereticorum autem perlegat, pro necessi-
tate aut tempore.

Id Distinctione XXXVII. ponitur in decreto. Hoc de-
cretum in Basiliensi Concilio est renovatum. Cæterum in Con-
cilio Viennensi, quod Clemens quintus celebravit Anno salu-
tis nostræ M. CCC. XI. de Arabicis libris, inter quos Alcoran
primum obtinet, ad hunc modum sanxit, ut est in Clemen-
tinis, De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia do-
cendi: Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes perpe-
ti cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis inducere, ipsosque
lucrifacere DEO sua nobis cooperante gratia valeamus. Hoc est,
quod profecto desideranter exquirimus: ad id nostræ mentis se-
dulo destinamus affectum: ac circa illud diligenti studio, vel
studiosa diligentia vigilamus. Non ambigimus autem, ad hu-
jusmodi nostrum desiderium assequendum divinorum eloquio-
rum sit expositio congrua, ipsorumque fidelis prædicatio admo-
dum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi, nos-
cantur inaniter, vacuaque redire, si auribus linguam loquentis
ignorantiam proferantur. Ideoque illius cujus vicem in terris li-

cet immeritigerimus, imitantes exemplum, qui ituros per universum mundum ad evangelizandum apostolos, in omni linguarum genere fore voluit eruditos: Viris catholicis noticiam linguarum habentibus, quibus utuntur infideles præcipuè, abunde sanctam affectamus Ecclesiam: qui infideles ipsos sciant, & valeant sacris institutis instruere, Christicolarumq; collegio per doctrinam Christianæ fidei, ac susceptionem sacri Baptismatis aggregare. &c. Videnda reliqua, ne arrogantius aliquid hic addam.

Quos a. libros Arabum, Synodus jussit transferri, sunt verba Th. Bibliandri in Apologia pro editione Alcorani in Latinam Linguam? non certè Medicorum, aut Astrologorum magis, quàm eos qui Religionem attingunt.

Ad quem a. usum transferri jussit? ut in cavernas abstruantur, aut cum tinea & blattis luctentur? Nimirum ut publici usus fiant, & legantur, & eorum perdiscantur opiniones, qui ad Christianam Religionem adducendi sunt.

Præterea, quia Mubammedani & eorum compli-
ces nolint adduci Alcoranum in publicum, & dole-
ant vehementissimè, si ab aliis legatur, imo nullo
modo velint, ut in linguas alias & literas transfe-
ratur. Hinc & celant libros suos, quantum possunt,
ne veniant in manus hominum diversæ Religionis,
ut testatum reliquit qui Anno salutis 1459. Forta-
licium in Hispania scripsit, ut qui mores, & consue-
tudinem Sarracenorum ignorare non potuit.

Unde a. Linguam Arabicam Magistri docere
possunt? quàm ex libris Arabicis. Nullus a. liber
commodior est rudibus tyronibus, quàm ALCORA-
NUS, propter lectionem, quum vocales, aliosq;
apices literis appositos habeat, qui aliis libris de-

B 3

sunt,

Fortalici-
um
supra citato
loco page
CXC. facie
2. sive co-
lumna 4.
V. & Dedi-
cator. Epi-
stolam Schi-
ckardi su-
per Taricha
p. 5.
in libr. 4.
185. p.

sunt, & propter observationem Grammatices.

Exploremus ergo ^{καθ' ἑαυτὴν} quid talibus Scri-
ptis insit, quæ suis punctis vocalibus, & maximam
partem Diacreticis carent; quando vivimus, ex
DEI gratia, ut discamus, non ut nihil sciamus, aut
& cognoscamus, uti ejusce modi pecua ignorantie
stolida, ceu Scalig. loquitur:

Celebris habitat apud olida pecua stoliditas.

Et qui omnia ex innata ignorantia, & stoliditate,
pro nihilo ducunt.

Nolimus desides, & inertes malè quicquid
vitæ superstes, collocare: nec tanquam Accesius
nauta, modo suppetant vires, in cassum tempus tran-
sigure, quem quum navigationis taderet, Lunam
infaustam causari solitum, ferunt, ex Diogeniano.

Otium illiteratum planè repudiemus, & poti-
us vini Nepenthes dulcedine exhilaremus bujus æta-
tis & senii ævum, literarum nempe jucunditate, ne
^{ἀσειοπαγίλων σεναώτεροι,} *judicibus Atheniensium taci-
turniores sedeamus.* Unum hoc nobis concessum, ut strenu-
am iniiciamus manum tempori, ut horis uramur fugientibus, ut
dum vivimus, vivamus, ait quidam Epistolographus. Tempus
igitur amplectamur, otium ^{ἀποδοπομπέμενοι,}

Sic igitur sequentia fieri feci ut lucem vide-
ant, quæ in umbra meditat, ne ut vetulum Equum
& emeritum, deq; ponte jam nunc deiciendum ^{ἀβήλοισι}
malevoli, maledici, osores atq; Musarum nostra-
rum

rum rofores, aestiment, nec dignum officio, premio,
honore amplius.

Idcirco ut videant.

Quid? Quantum? Quo tendam
hoc habeant,

¶

Benevolus Lector conatum respiciat meum; non quan-
tum præstem: sed quantum moliar, nec pervenisse ad metam
censeat, quem cursus adhuc fatigat, & studiorum pulvis.

Preculas, sive vota Alcorano immista varia, quorum &
copia non contemnenda; cum versione, & hujus Commenta-
toris animadversionibus lectu, & scitu dignis nec injucundis
protruderem: Inde n. postea facile in cognitionem lectionis, &
notitiæ reliquarum comendatiuncularum pervenire possemus:

sed ubi in nostris regionibus typi idonei? ubi promotores
proni - prompti? ubi talium cupidi, aut
studiosi? ubi nostri *β. &* victus &
amictus?



SURA

101.
SURATA (ie. CAPUT)
Contradicentium.

سورة القارعة

Meccensis, & ipsa
decem versuum.

عشرة واياتها عشر *

In Nomine Dei
misericordis

بسم الله الرحمن

Miseratoris

الرحيم *

Contradicen-
tes NonCon-

القرعة ما القارعة وما

Tercus.

tradicientes Et quando no-
tum feci tibi, quid contra-
dicentes

ادريكم ما القارعة *

Præcessit Ex-
plicatio ejus*
in Alchaqveti a

سابق بيانها في الحاققة

Commentator.

Die isto erunt ho-
mines

يوم يكون الناس

T.

sicut pulices disper-
si

كالغزاشن المبعثوث

a. Titulus est Suratae 69. Ibi est horum verborum explicatio, quam ad-
duxissem si minores literarum nobis typi. Vox autem significat, ni fallor,
Veritatem. In

In multitudine
& contemptu
& disper-
sione eo-
rum &
compul-
sione eo-
rum.

& dilatio-
ne, dies iste
in intellectu

mōstratur diffidenti
bus

Et erunt montes

ut lana

sicut lana ha-
bens colores

carminata

dissoluta, ad
dissolutionem
partes ejus

ب. قی کثر زهم و ذلتهم

و اذنتهم و اضطرارهم

و اذنتهم اب یوم بمصر

دلالت علیہ القرآنة

T. و تذکون الجبال

کالعهن *

C. کالاصوف ذی الالوان

T. الهم غوثن *

C. و تذکون لتفرق اجزایها

C

&

& volat in aerem.

وتطير في الجو *

At quando
alicujus gra-
ve fuit pon-
dus vel stateraβ

T. واما من ثقلت موازينه

Quia mota est quan-
titas,

C. بيان تر جحتم مقادير

modi meritorum ejus.

* انواع حسنة

Et ipse in vita.

T. فهو في عيشته *

in vita.

C. في عيشته *

grata.

T. ارضية *

habet gratiam, id
est, placentem *

C. ذات رضي اي مرضية

At cujus leve
fuit pondus

T. واما من خفت موازينه

Quia non
est ei me-
ritum

C. بيان لم يكن له حسنة

β. V. Suratam 7. v. 7. eundem sensum.



ut prætexat ea, aut
mover

يَوْمًا لَهَا أَوْ تَرْجَحْتِ

stuporem ejus pro
pter meritam. *

سَبَّانَةٌ عَلَيَّ دَسِينَانَةٌ ^{سَبَّانَةٌ}

Et mater ejus barathrum.

T. ^{وَأُمُّهَا بَارَاوِيَّةٌ *}

Et locus man
sionis ejus i
gnis & ge-
henna
ex nominibus
ejus & propte-
rea

C. ^{فَمَا وَادِةُ النَّارِ وَاللَّهَّاءُ وَبِيَّةٌ}

مِنْ أَسْمَائِهَا وَذَلِكَ

dicir.

* قَالَ

Et dum notum fecit tibi
quod structura

T. ^{وَمَا أُدْرِيكِي مَا لَهَا بِيَّةٌ}

Ignis calidus.

* نَارٌ حَامِيَّةٌ *

Habet ægritudi-
nem calidam à
Propheta.

C. ^{ذَاتُ دَسِينَانَةٌ مِنَ النَّبِيِّ}
صَلَّى اللَّهُ

C 2

pro.

propitius sit Deus ipsi
& salvet propter lectio

nem quaringati gravavit
Deus in ea

pondus dici extremi.

علاءة وسلم من قر
القارة تنقل الله بها
من انة يوم القيمة *

Surata, & hujusdem Commentarius explicet.

Codex Latinus Rhetinensis omiffis duobus

versibus sic vertit. Azoara CXI.

*Die mandati gravis exhibunt homines velut culices, nunc hac nunc il-
lac promoventes, sicut q³ montes ut lana decerpta. Et cuicumq³ pondus
immensum preponderabit, vitam v. vet optimam: cui vero leve contige-
rit, in ignis fer vidi precipitium corruet.*

Sic Salomon Schweiggern ex Italicis translatione

lib. III. des Alcorans c. XXIII.

Am Tage des Gerichts / werden die Menschen Hauffens
weis herfür kommen / wie die Schnäcken / oder Mücken /
baldt werden sie da / baldt dort sein / Die Berge werden sein
wie schöne gekämpfte Wollen. Wer ein leicht Gewicht
hat / der wird herrlich und auff's beste leben: Wer aber viel
wieget der wird im Feuer verbleiben.

Erravit

SURATA

سورة العصر مكية
وايه ثلاث * بسم الله
الرحمن الرحيم

Per Vesperam

Surgo ad preces vesperitinas

propter gratiam eius, aut in vespera prophetiae aut in mundo ad apprehensionem

miraculorum, & exponendum mecum id quod dependet

ab eo propter nocumentum.

Zichendorffü versio tam falsa est, ut ne unam quidem Beidhawii sententiam reddat, quid? quod nullum omnino sensum fundat.

والعصر * T.

اقبم بصلوة العصر C.

لفضيلة او بعصر النبوة

او بالدور لانتمالة

علي الاعاجيب والتعريض

بنفي
معني ما يضاف

الاية من الخمس ان *

اقسم
ما

Quoniam
homo in *
damno.

Quia
homi-
nes in
damno
in cursu suo
& vertunt

ætatem
suam
in per-
sequen-
tes se

& scientiam ad gentes

& negati-
onem ad
magnificē *
tiam.

Nisi ij qui crediderunt

& sunt operati *
bona.

T. ان الا نسان لغني خسرا

C. ان الناس لغني خسرا

في مساعدهم و صرف

اعمارهم في مطالبهم

والتعريف للجنس

والتكبير للتعظيم

T. الا الذ بين ايمانوا

وعملوا الصالحات

Et quia illi emerunt
alteram vitam.

فانهم انتتمروا الاخرة

in ter-
ra &
abun-
dant
animalibus
& felicitate

بالدنيا فغاروا بالحياة

فجازوا

continuis

الابدية والسعادة

perenni

السعادة

Et admoniti de veritate.

T. وتواصوا بالحق*

In con-
stantia
qui non
firmatus est
re-
pre-
he

C. بالثبات الذي لا يصح

fio ejus propter fidem aut opus bonum.

انكاره من اعتقاد او عمل

& stabilitus in patientia.

T. وتواصوا بالصبر*

propter trans-
gressionem.
aut propter

C. عن المعاصي او علسي

veritatem:

الحق

aus



يبلو الله

aut non
peribant
Deo in co
cultores
ejus.

او ما يبلوا لله بعبادته

at hic
qui re-
flectit

وهذا من عطف الخاص

à pro-
prio ad
vulgum propter
nomen excelsum

على العام للمبالغة

nisi ut approprient opus

الا ان يخص العمل

in eo quod abbreviatus
in perfectione sua

بما يكون مقصورا

& forte ipse Laus ei.

على كماله ولعله

tantum
recoor-
datus
est causæ

سبباً انما ذكر سبب

spiritus sine de-
trimento

الروح دون الخسران

sufficit
in intel-
ligentia
scopus

اكتفا ببيان المقصود

&

& carmen distin-
xit ordinavit

وانتهجارا بيان ما عدا

mittet ad

ما عد يودي الي

damnum, & defecit danum

خسر و نقص دظ

& si
profi-
gavit

او تكسر ما فان الاوام ^{الابهام}

in parte damni

في جانب الخسر

honoratus est à propheta

كره عن النبي

propitiatus fuit
Deus super eum
& condonavit

صلي الله وسلم

propter lecti-
onem Surat-
alngasri
Indulsiit Deus
ei & fuit

من قرا سورة العصر
غفر الله له وكان

D

ex

ex illa monitor
in veritate

ومن تنوأمي بالحق

& monitor
in patientia

وتنوأمي بالصبر*

*Codex Latinus Rhetinensis
Azoara CXIII.*

... hujus horam, & historiam, homo damnatum atq; perditionem inse-
quitur, nisi tantum credens, atq; beneficus, & virtutis monitor, ac in-
durator.

*Salomon Schweiggerii
lib. III. c. XXIII.*

Durch stündliche Lesung dieser Historien kan Ihme
der Mensch das Heil / und das Verderben zuwegen bring-
gen / es sey denn / das er stetigs im guten verharret / undt
der Wahrheit gleübet.

Addo

*Addo precationem Josephi Patriarchæ ex Surata
XII. v. 101. uti est in manibus Eruditorum, ex Editione
Thomæ Erpenii, cum versione: ibi Arabica
videnda.*

T. Domine mi jam dedisti mihi de regno.

C. Quidam (sc. legunt) Rex, & ipse Rex Ægypti.

T. Et docuisti me de explicatione narrationum.

C. Libros, aut visiones, & quod etiam ad designationem
partis, quia ipse non adducit omnem explicationem.

T. Creator coelorum, & terræ. Alis

C. Creator illorum duorum, & dilatatio ejus: quia ille
ordinavit illum præconem, aut præconem inter princi-
pes suos.

T. Tu patronus meus.

C. Adjutor meus & promotor negotii mei.

T. In mundo & ultimo. (Mallem, in mundo hoc & futuro.)

C. Aut ille qui præfecit me, quia ego in gratia in illis duo-
bus locis (sc. in hac vita & futura.)

T. Mori me fac credentem.

C. Congrega me sc. ad patres meos, versamle michi zu
meinen Vätertern. Commentator loquitur cum Sacra
Scriptura, quam bene perlegit.

T. Et ad junge me bonis, vel justis.

C. Propter patres meos, & multitudinem bonorum in or-
dine, & honore, vidit quod Jacobus substitit cum eo 24. an-
nos. Deinde mortuus est, & præcepit ut sepeliretur
in Cananaa ad latus patris sui, & abiit cum eo, & sepeliit
eum Isamet, & nGad, & nGascha post eum 23. anno.

Deinde concupivit ipse regnum stabile, & affectavit
eum mors: & mori fecit eum Deus bonum beatum (benè bea-
tè) litigavit verò populus Ægypti de sepulchro ejus, ita ut
solliciti fuerint de bello.

*Et consilium inierunt, ut imponerent eum in arcam de
marmore, & sepelivit eum in Nilo, ubi vergit ad eum aqua
tum declinat ad Ægyptum ut sint ripa ad eam.*

*Tandem transtulit eum Moyses in sepulchrum Patrum
suorum, & fuit ætas ejus CXX. annorum. Et ei natus
ex Rachel Ephraïm & Mischa, & ipse renovavit Juschang
filius Nun, & pietas famina Jobi &c.*

Philip. Melanchthon in præfatione ad Commentarium
Turcicarum rerum Pauli Iovii Episcopi
Nucerini.

*De religione, planeq; pro aris, & focus cum Tur-
cica natione dimicandum est. &c. videnda re-
liqua.*

LECTOR BENEVOLE!

Tuum est boni consulere hæc initia nostra, & nostros cona-
tus pro virili tua deinceps eo adjuvare! ut exquisitiora tandem
prodeant.



*Hæc esca ingenii, capitur qua nostra cupido:
Quaq; pari captus Tantalus ipse siti.*

Plinius in Epist.

Res ardua, vetustis novitatem dare, novis autoritatem
obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, & dubiis
fidem.

F I N I S.



Bd 1745


ULB Halle 3
007 398 352



VD 17







B.I.G.

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue

Farbkarte #13

Surata
s, atq, alterius
 q; EXPLICATIONEM
 ex
rio quodam Arabe
 G M A T A
ORANI,
na, minimaq, explicante
ATÆ GENTI
ad
is refutandum
atq;
s dijudicandum
de
ALCORANI,
COMMENTATORIS
medana Religionis;
eciminis ergò P. 926
ponerbar
INES Zechendorff
e Cygnea Rector.
)
YGNÆ,
elcbioris Göpneri

